



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De non eligendo ambiente electionem, quamuis virtute praestante; & de non prohibenda electione laici ad dictos gradus, & de non priuandis electis ante mortem nisi propter crimen. Capvt LXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO CHRISTI 325.  
& psalmos, donec bene didicerint, præsertim diaconissæ. Hæ autem ex iis elegantur quæ non male audiant ex eo usque tempore quo fuerunt adolescentulæ, sintque annos natæ 60. sicut beatus Paulus ordinavit; & huiusmodi diaconissæ ad hoc solum paratae sint, ut feminas in baptismo suscipiant. Et hic Canon caret excommunicatione.

*De non eligendo ambiente electionem, quamuis virtute praestante; &  
de non prohibenda electione laici ad dictos gradus, & de non  
priuandis electis ante mortem nisi propter crimen.*

### CAPVT LXXV.

Si congregatio fidelium alicuius parœciae elegerit aliquem præstantiorem aliis doctrina, prudentia,  
\*monar-  
cis & fide ex iis qui ministrant altari, aut ex monachis,  
id est, ex sacerdotibus monasteriorum, ut sit episcopus, aut archidiaconus, aut chorepiscopus, aut præfectus xenodochii, id est, hospitalis, non debet ambire ille qui eligitur, alioqui eiiciatur ex congregatione. Quod si laicus fuerit, non est prohibendum quin eligatur; & electus non est priuandus ante mortem, nisi propter crimen meritus sit, alios vero gradus clericorum ii qui præsunt, priuare possunt, quando eis visum fuerit. Et qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

*De alio habitu, & aliis moribus, ac conuersatione monachorum  
& monialium.*

### CAPVT LXXVI.

Vt religiosi tum monachi, tum moniales, habeant  
alia indumenta & alios mores, quam habent laici; ac  
tondeant caput in modum coronæ, & cingant se  
honeste; neq; sigillis aureis, aut argenteis obsignent,  
neque ferant crumenam ad latus, neque cultellos,

Meminit  
huius Ca-  
nonis Ni-  
cæni Gra-  
tianus 16.  
q. 1. ca. pl.  
cuit.

*Concil. Tom. 2.*

PP